



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Afflictio Consolans, Seu Svccincta Non Minvs Ac Clara Methodvs

Wintrich, Victor

Coloniæ, 1644

Reuerendißimo in Christo Patri, Amplißimoq[ue] Domino, D. Placido
Brevver, Celeberrimi Monasterii S. Panthaleonis Ordinis S. Benedicti, ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45734](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45734)



*Reuerendissimo in Christo Patri,
Amplissimoq; Domino,*

**D. PLACIDO
BREVER,**

**CELEBERRIMI MO-
NASTERII S. PANTHALEONIS
Ordinis S. Benedicti, sacrae
Congregationis Bursfeldensis
Abbati & Praefuli dignissimo,
Domino & Patrono suo
summa obseruantia
colendo.**



**Afflictionum & ca-
lamitatum, Reu^{me}
Pater, Ampl^{me}
Domine, in hac vita nostra
* 2 quan-**

EPISTOLA

quantum sit, nemo est qui
nesciat, sed afflictionum
consolantium haud perinde
multum est: Pauci admo-
dum affligentem Dei prou-
dentiam hilari vultu excipe-
re, & ridere inter lachrymas
nouerunt. Cùm itaque su-
perioribus diebus incidissem
in Libellum mole perexi-
guum, qui hanc ipsam Con-
solantem Afflictionem, &
Conditionem Pacis, tot iam
annos inter has bellorum
tempestates maximis om-
nium votis expetitam, bre-
uiter

DEDICATORIA.

uiter & perspicuè docet, impetraui ab Authore Viro pio & Religioso, vt hoc Opusculum suum, multis certè commodo & solatio futurum, mihi euulgandum permitteret. Sed quoniam Libellus est, vt dixi, paruitate sua haud multum commendabilis, tametsi grauitate materiæ & pietate sit fecundissimus, indigebat Patrono, cuius nomine & protectione, inter aliorum voluminum Athlantes, humilitatem suam tueretur. Cir-

*

3

CUM

EPISTOLA

cumspicienti autem mihi,
 Tu imprimis occurrebas,
 R^{me} Præful, sub cuius præsi-
 dio & authoritate publicam
 lucem & maior & audacior
 adspiceret, inuitabat me præ-
 ter alia virtutum decora, quæ
 Te ad Præfulatum celeberrimi
 Monasterij euexerunt, o-
 men Nominis Tui, quia spe-
 rabam, neminem fore, cui
 Libellus hic displiceret, qui
 Placido placuisset. Accipe
 eum igitur, R^{me} Pater, vultu
 quo soles, & animo placido
 beneuoloque, & nullum esse
tam

DEDICATORIA.

tam paruum aut humile munus existima, quod non maximi animi, & erga Te propensissimi argumentum esse possit. Vale. Coloniae, Anno 1644. ipsa die S. Bartholomæi.

R^{ma} & Amp^{ma} Dominat. Tuæ

Deditissimus Cliens

IOANNES HENNINGIUS,
Ciuis & Bibliop. Col.

* 4

LE